Fragmentarium

it eam plena caritate ac diuine. ... sequitur 89
pasti eam purpuratorum exercitus et candidatorum gre-
ges. Quam si diligentius aspicias nichil uir-
tutis est nichil speciositatis nichil candoris glorie
quod non ex ea resplendeat et ideo bn circumdant
eam flores rosarum et lilia conuallium ut uirtutes uir-
tutibus cumulantur et formositas decore augeatur.
Omnis splendor et gloria quanto illustratur lc· vi·
fulgore suo sublimius tanto apparet prestancior
claritate quarumlibet subiectorum et eximior predica-
tur. Sic et beata dei genitrix cuius candor uirgini-
tatis ac si plantacio rose in iericho speciosius
refulsit circumdata officio caritatis splendidius e-
micuit. Submittitur sanctorum claritas ut eius ampli-
or gloria commendetur que super angelos et super omnem be-
atorum sedes eleuata iam beatissima predicatur.
Nam si angelorum quamuis celsior natura non tamen
gratia maior quia et ipsi gratuita gratia ne corru-
erent sunt saluati. Unde dauid uerbo inquit domini
celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus
eorum. Tu. Euuangelium Intrauit ihesus in quoddam castellum. per tribus
lectionibus legitur. Ad horas sicut in die sancto. In ii uespe-
sicut in die sancto per totum. In uigilia sancti bartholomei a-
postoli nocturnum habetur. tres lectiones sumantur de libro q
tunc de tempore legitur. Si hec uigilia in dominica euenit ad
matutinas habetur nocturnum et sex lectiones sumantur de libro

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 89r – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-n0u5/3500/36444)